Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarius de tempore, sectio partis hiemalis - Cod. Aug. perg. 14

[S.l.], [9. Jh.]

Beda Venerabilis presbiter: Homilie zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-20216

Visual Library

audite: quia ipse est ueritas & uita ipse
uirtus mea atque sapientia; ipsu audite.
quem legis mysteriae prenuntiauerunt.
quem prophetarum ora cecinerunt;
Ipsum audite qui mundum sanguine suo
redemit qui diabolum ligat. & uasa
eius rapit; qui peccati cyrografum. &
preuaricationis pacta disrupit; ipsu
audite. qui uiam aperit ad caelum. &
per uiis supplicium. gradus uobis as
censionis parat ad regnu; Quid tre
pidatis redimi. quid pauetis sci libera
ri. fiet quod me uolente uult xps abi
ci te carnalem formidinem. & fideli uos
armete constantia; Indignu est ut
in saluatoris passione timeatis. quod
ipsius munere. nec in uestro finem ha
betis; haec dilectissimi. non eis illorum
tantum utilitatem dictarunt qui ea
propriis auribus audierunt. sed in illis
tribus apostolis uniuersa ecclesia didi
cit quae quid eoru & aspectus uidit.
& auditus accepit; confirmetur er
go secundum predicatione sacratissi
mi euangelii omniu fides. & nemo de xpi
cruce per quem mundus redemptus est
erubescat; Nec ideo quisqua aut pati
pro iustitia timeat aut de promisso
rum retributione diffidat quia pla
borem ad requiem. & per mortem transit
ad uitae; cu omne humilitatis nre

Infirmitatem. ille susceperit in quo si
in confessione. & dilectione ipsius p
manemus. & quod uicit uincimus &
qd promisit accipimus; quia siue ad fa
ciendae mandata. siue aduersa tole
randa. promissa semp uox patris.
debet nostris auribus insona reddicen
tis; hic est filius meus dilectus in quo mihi
bene conplacui. ipsu audite. qui uiuit
& regnat cu patre & cu spu sco in secula
seculoru; amen; ITEM OMELIA
UENERABILIS BEDE PRESBYTERI
DE EADEM LECTIONE;

Quia dns ac redemptor nr electos suos
per diuersitate laboris ad illae quela
borem nescit uitae future beatitudi
nis introducere disposuit. modo per euan
gelium suu sudores certaminu tempora
lium. modo aeternorum describit
palmae premiorum. ut audiitur uide
li et agonum necessitatibus memi
nerit sibi requiem in hac uita nequaqua
esse petendae; audiat rursu dulcedine
future retributionis. leuius ferant
male tre(n)seuntia. quae bonis spera
uerint remuneranda ppetuis; cu eni
successuorum quae pressiones. paulo supe
rius commemorasset. confestim ea
quemodo cum legeretur audiuimus.
adiunxit dicens; filius eni hominis.
uenturus est in gloriae patris sui cum

angelis suis. & tunc reddet unicuique se
cundum opus eius. ubi aptissime diem
extremi designat & eminus. quando
in potestate & maiestate ueniet iu
dicaturus de mundo. a mundo qui
quondam in humilitate & abiectione
uenerat iudicandus. (a mundo) quando cū iudici
aria districtione. quę et operum per
fectionem ab eis. quibus misericordię
largitate prerogauerit suorum
gratia munerum; quando reddens
singulis secundum opera eorum. elec
tos in regnum patris sui perducet. rep
bos aūt cum diabolo. in ignem reiciet
sempiternum; & pulchre dicitur.
quia filius hominis uenturus est in
gloria patris sui; filius quippe homi
nis ⁖ natura minor est patre. ipse in di
uinitate unius eiusdemq. est glorię
cum patre; uerus homo per omnia.
uerus existens & dš; merito læ
tificat pios. merito terret contuma
ces; quod sequitur; & tunc reddet
unicuique secundum opus eius;
quia qui nunc bona operantes pressu
ris malorum affligunt iniquis. letan
te nimirum animo tempus expectant
illud. quando per iudicē iustū nō solū ab iniur
torū liberent iniuris. sed & iustitiae ac
patientię suę mercedem percipiant; qui uero
male uiuentes. patientiā iudicis negle

⁖ In gloria dī patris sui uenturus est. quia quippe hominis.·

gentiā paterent. iuste sero penitentes a dño
damnationis sententia feriunt(ur); conci
nit huic euangelicę sententię. quod ait
psalmista; misericordiā & iudiciū cantabo
tibi dñe; primo quippe misericordiam
ac deinde iudicium se cantare perhibet; quia
nimirum dñs quod primo suo aduentu
depositum nobis benigne contulit. hoc
in secundo districtus exiget; sed per uersus
quisq; qui misericordiā largientis conte
nit. iure iudiciū discutientis dñi pertimescit;
At qui gratiā misericordię grate se me
minit suscepisse. gaudens utique iudicii
discrimen expectat; Ideoq; libera modu
latione. suo iudici misericordiam & iudi
cium cantat; uerum quia incertum ē
omnibus tempus uniuersalis iudicii.
incerta singulis sui exitus hora. & pote
rat longe uideri presens afflictio.
nescientibus quando requies promissa
ueniret; uoluit pius magister ali
quibus discipulorū suorū. adhuc in ter
ra degentibus. æternę promissionis
gaudia premonstrare. quatenus
& ipsi qui uidissent & omnes qui audire
possint. leuius aduersa presentia to
lerarent. Reducto sepius ad mentem
futurę retributionis munere. quod
expectarent; unde sequitur; Amen dico
uobis. sunt quidā de hic stantib; qui
non gustabunt mortem. donec ui

deant filium hominis uenientem in regno
suo; uenientem quippe in regno suo uiderunt
discipuli quae in aeterna claritate uidendum fulgen
tem in monte, in qua peracto iudicio ab omnibus
sanctis in regno suo uidebitur; sed quia mortales
adhuc et corruptibiles discipulorum oculi
sufferre nequiuerunt. tunc post resurrectio
nem iam factae incorruptibiles. po
tenter tueri sufficient omnes electi
sancti, de qua scriptum est; Regem in decore suo
uidebunt oculi eius; Et post dies sex assump
sit Iesus Petrum et Iacobum et Iohannem fra
trem eius. et duxit illos in montem ex
celsum seorsum; Ostensurus gloriam suam
discipulis. in montem eos ducit excelsum.
ut doceat omnes qui hanc uidere de
siderant. non in infimis iacere uolup
tatibus. non in illecebris seruire carnali
bus. non cupiditatibus adherescere
terrenis. sed aeternorum amore ad sup
na semper erigi angelicae munditiae.
pacis dilectionis. et iustitiae
uitam. quantum mortalibus possi
bile est semper imitari debere. iuxta
eum qui dixit; Nostra autem conuersatio
in caelis est; unde et saluatorem
expectamus Iesum Christum dominum nostrum; Osten
surus gloriam suae maiestatis in mon
tem discipulos suos ducit. ut discant
ipsi discentes omnes qui hanc uidere
sitiunt. ne eam sibi in huius saeculi profundo.

sed in regno supernae beatitudinis esse quaeren
dam; Et bene cum diceret quia duxit illos in mon
tem excelsum. addidit seorsum; quia iusti et
nunc cum prauorum uicinia premuntur. animo
tamen sunt toto atque intentione fidei sepa
rati. et in futuro funditus seorsum
abducuntur ab eis. cum abscondit eos in ab
scondito uultus sui a conturbatione
hominum. proteget eos in tabernaculo suo
a contradictione linguarum; quod autem post
dies sex quod promisit discipulis claritatem suae
uisionis ostendit. significat sanctos in die iu
dicii regnum percepturos. quod eis promisit †
qui non mentitur deus ante tempora saecularia;
sex aetatibus constant quibus completis audi
ent ipso dicente; uenite benedicti pa
tris mei. possidete paratum uobis regnum.
a constitutione mundi; possunt dies sex
promissae dominicae uisionis et gloriae.
bonorum perfectione operum designari. si
nequibus ad contemplandam conditoris
maiestatem quisque aliquid agere ualet
peruenire non ualet; qui enim diebus sex diebus
rerum creaturam formauit. septima requi
euit ab operibus suis; Recte per sex dies opera
bona quibus requiem peruenire debeamus ex
primunt; Et quia quicumque uidere gloriam
beatae resurrectionis pertingere concupiscit.
debet agere bona quae nouit; Recte post dies sex
gloriam sui regni quam spoponderat .
discipulis saluator ostendit; Sequitur;

† Tempora quippe saecularia

& transfiguratus est ante eos. & resplenduit
facies eius sicut sol. uestimenta autem eius
facta sunt alba sicut nix; Transfigura
tus est ante discipulos dominus & sui corpo
ris gloriam qua per resurrectionem erat inlustran
dus significat. & electorum omnium quante cla
ritatis post resurrectionem sint corpora
futura manifestat; Nec & de his alibi dicit.
Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno pa
tris eorum. & hic in exemplum future clarifica
tionis ipsius. Resplenduit facies eius si
cut sol; Non quia domini & sanctorum aequalis pos
sit esse claritas & gloria. cum & de eisdem scis
dicat apostolus; Stella autem ab stella differt in
claritate. sic & resurrectio mortuorum;
Sed quia nihil sole clarius uidere nouimus.
non solum domini. sed & sanctorum in resurrectione
gloria. solis aspectui comparatur. quia
clarius sole aliquid unde exemplum daretur
hominibus minime potuit inueniri; hanc autem
glorificate dominici corporis maiestatem. hanc
sanctorum corporum claritatem. nullus in iudicio rep
roborum uidere putandus est. Tantum ui
debunt in quem transfixerunt. & plangent
se super eum omnes tribus terre; At cum peracto iu
dicio sublati fuerint impii ne uideant glori
am dei. tunc iusti ad contemplandam perpe
tuo gloriae regni eius. & ipsi pro modulo suo.
incorruptionis luce transfigurati in
trabunt; Unde dicit apostolus; qui reformabit
corpus humilitatis nostre. configuratum

corpori claritatis sue; Sin autem querit aliquis.
quid uestimenta domini. que facta sunt alba
sicut nix. typice designant. possumus rec
te intellegere sanctorum eius ecclesiam.
pro hec esse monstratam; de quibus
esaias ait; omnibus his uelut ornamen
to uestieris, & apostolus; quotquot
enim inquit in christo baptizati estis. christum
induistis; qui in tempore resurrectionis.
omni labe iniquitatis. simul & ab omni mor
talitatis obscuritate castificantur; Unde
pulchre de uestimentis domini dicit euangelista
marcus. quia facta sunt splendida candidaque
nimis uelut nix. qualia fullo super terram non
potest candida facere; quia quod omnibus
patet nemo est qui sine corruptione a do
lore uiuere possit super terram; quod omnibus
sapientibus patet. licet heretici contradicant;
Nemo est qui sine attactu alicuius peccati
uiuere possit super terram; Sed quod fullo.
id est doctor animarum. siue mundator ali
quis sui corporis eximius. super terram non potest.
dominus facit in celo, emundans ecclesiam.
uestem uidelicet suam ab omni inquina
mento carnis & spiritus. insuper & aeterna
carnis ac spiritus beatitudine ac luce reficiens;
sequitur; & ecce apparuit illis moyses
& helias. cum eo loquentes. quales apparu
erunt. & quid locuti sunt cum eo lucas
manifestius scribit dicens; Erant autem moy
ses & helias uisi in maiestate. & dicebant

excessum eius. quem completurus erat in hie
rusalem; moyses ergo et helias. qui lo
quuti sunt cum domino in monte. et passionem eius.
ac resurrectionem dicebant. oracula
legis et prophetarum designant. que in domino con
pleta et nunc doctis quibusque patent. et e
lectis omnibus in futuro manifestius pate
bunt; qui bene visi in maiestate dicuntur.
quia tunc aptius videbitur. quanta veri
tas dignitate. omnis divinorum eloquiorum
non solum sensus. sed et sermo fuerit prolatus.
quamvis in moyse et helia. omnes qui cum domino
regnaturi sunt. recte possint intellegi;
in moyse quidem. qui mortuus ac sepultus
est. hi qui in iudicio resuscitandi a morte;
in helia vero. qui needum mortis debitum
solvit. hi qui in adventu iudicis. vivi in
veniendi in carne; qui utrique pariter.
in uno eodemque momento. rapti in nubibus
obviam domino in aera. mox peracto iudicio ad
vitam inducuntur aeternam; quibus
at apte apte convenit. quod moyses et helias.
in maiestate fuisse visi perhibentur. pro excel
lentia nimirum maiestatis. insigne mu
neris quo sunt coronandi monstratur;
Bene convenit et hoc quod excessum eius.
quem completurus erat in hierusalem.
dixisse memorantur; quia nimirum unica
laudis materia. fidelibus suis fit passi
o redemptoris; qui quanto magis memine
runt eius se gratia esse redemptos. tanto sue

reparationis memoriae. devoto semper in
pectore versant. devota confessione
testantur; Verum quia quo amplius quis
que vitae caelestis. dulcedinem degustat.
eo amplius fastidit. omnia que placu
bant in infimis. merito petrus. visa domini et sanctorum
eius maiestate. repente cuncta que noverat
terrena obliviscitur. solis his que videt.
perpetuo delectatur adherere dicens;
Domine bonum est nobis hic esse. si vis faciamus
hic tria tabernacula; tibi unum. moysi
unum. et heliae unum; Et quidem beatus
petrus sicut alius evangelista testatur.
nesciebat quid diceret. in eo quo de celesti
conversatione. tabernacula facien
da putavit; in illa namque caelestis
vitae gloria. domus necessaria non erit.
ubi divinae contemplationis luce omnia
pacificante. aura adversitatis alicuius
timenda nulla remanebit; testante
apostolo iohanne. qui eiusdem superne
civitatis claritatem describens dicit
inter alia; et templum non vidi in ea;
Dominus enim omnipotens. templum illius est et
agnus; sed bene noverat quid diceret
cum ait; Domine bonum est nobis hic esse;
quia revera solum hominis bonum est.
intrare in gaudium domini sui. et huic con
templando in aeternum adsistere; unde
merito nihil umquam veri boni habuisse
putandus est. cui statu suo exigente con
tingit numquam sui faciem videre

creatoris quod si beatus petrus glorificatam
xpi humanitatem contemplatus. tanto
afficitur gaudio. ut nullatenus ab eius
intuitu uelit secerni. quid putamus fra
tres karissimi esse beatitudinis. qui diuinitatis
eius altitudinem uidere meruerint; Et si
cum duobus tantum sanctis. moyse uidelicet
et helia transfiguratam in monte homi
nis xpi speciem uidere bonum maximum
duxit. quis sermo explicare. quis sensus
ualet comprehendere. quanta sint gau
dia iustorum. cum accesserint ad sion
montem. et ad ciuitatem dei uiuentis
hierusalem et multorum milium angelorum
frequentiam. ipsumque ciuitatis eiusdem
artificem. et conditorem deum. Non per spe
culum et in enigmate sicut nunc. sed
facie ad faciem conspexerint; De qua
uisione dicit ipse petrus. loquens de domino
fidelibus; In quem nunc quoque non ui
dentes creditis. quem cum uideritis ex
ultabitis laetitia inenarrabili. et glorifi
cata; Sequitur; Adhuc eo loquente.
ecce nubes lucida obumbrauit eos. et
ecce uox de nube dicens; hic est filius meus dilectus.
in quo mihi bene complacuit ipsum audite; qui ta
bernacula facere quaerebant. ab tectu lucide
nubis admonentur. in illa ciuitate caelestis habitatio
ne domorum non esse necessarias. ubi omnia dominus.
aeternae lucis obumbratione proteget; qui enim
populum per deserta gradientem per diem sol
nec luna ureret per noctem. quadraginta annos expandit
nubem in protectionem eorum. quanto magis inhabitantes
in tabernaculo regni caelestis in saecula sanctorum uelamento
merito proteget alarum; Scimus enim docente
apostolo. quia si terrestris domus nostra huius
habitationis dissoluatur. quod aedificationem
ex deo habemus. domum non manu factam aeternam
in caelis; qui uero resplendentem
filii hominis faciem cernere desiderabant.
Adfuit pater in uoce docens eundem esse filium
suum dilectum. in quo sibi bene complacuisset.
ut discerent ab humanitatis eius gloria
quam uidebant. ad diuinitatis quae qualis est
illi contemplandae suspirare praesentiam; quod tamen
ait uox patris de filio. in quo mihi bene con
placuit. hoc est quod idem filius alibi testatur;
Et qui me misit mecum est. et non reliquit me
solum. quia ego quae placita sunt ei. facio semper;
Et quod adiunxit. ipsum audite. admonuit
eum esse. de quo moyses idem populum cui le
gem dedit praemonebat. quia prophetam uobis
suscitabit dominus de fratribus uestris. tamquam
me ipsum audietis. iuxta omnia quae
cumque locutus fuerit uobis; neque enim
moysen et heliam. id est legem et prophetias audire uetat.
sed omnibus his auditionem filii qui legem et pro
phetas uenit adimplere. praeferendam insinuat.
cunctisque uelaris instrumenti typis et enigma
tibus lucem euangelicae ueritatis anteponendam
intimat; Et quidem pia dispensatione fides
discipulorum. ne crucifixo domino titubet

solidatur. Dum imminente crucis arti
culo, et humanitatem eius qualiter per resurrecti
onem sit sublimanda, celesti luce monstra
tur; et quia coaeternus sit in diuinita
te patri filius, celesti eiusdem patris uo
ce probatur; quatenus adueniente hora
passionis minus morientem dolerent, qui
post mortem mox glorificandum in homine,
in diuinitate autem semper cum patre glo
rificatum meminissent; Uerum discipuli
quasi carnales adhuc substantię fragilis,
audita dei uoce timentes ceciderunt in fa
ciem; dominus autem quasi pius per omnia magister,
uerbo simul et tactu consolatur et erigit;
et descendentibus inquid illis de monte prae
cepit ihesus dicens; Nemini dixeritis uisionem,
donec filius hominis a mortuis resurgat;
uisionem ostensę suę maiestatis ad tempus
tacere praecepit, ne si palam uulgaretur in po
pulos, aut dispensationem passionis illius idem
populi principibus repugnando impedirent,
et sic humanę salutis effectus qui per sanguinem
eius erat futurus retardaretur; aut certe
hi qui eandem uisionem audientes
credidissent, uiso crucis obprobrio, scan
dalizarentur; Oportunius autem completa
passione, resurrectione et ascensione eius
in caelum, repletis spiritu sancto apostolis praedicata
est, quatenus omnes qui sacramentis eius
initiari uoluissent, non solum effectum
resurrectionis credere, sed etiam modum

eiusdem resurrectionis ab his qui uidebant
potuissent discere; Necnon et aeternitatem
diuinę natiuitatis quam a patre audierant,
cunctis pariter credendam amandamque
praedicarent; Exposita lectione
dominicae transfigurationis, ad nostram
fratres karissimi conscientiam reuertamur, et si
domini gloriam uidere delectat, transitoriis car
nalibus desideriis subeamus in monte
uirtutum; Si ad uestimenta domini candidis
sima pertinere uolumus, mundemus nos
ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes
sanctificatione in timore dei; Si uocem dei pa
tris audire, si consubstantialis eius filii
maiestatem desideramus intueri, stu
deamus solliciti peruersa et inutilia
mortalium uerba declinare; Studeamus
a stupore saeculi fallentis oculos uertere a
spectaculis, quatenus resurrectionis nostrę
gloria coruscante, et ipsi quidem quemo
do nequimus magnalia conditoris ui
dere simul et dicere mereamur, praes
tante ipso qui uiuit et regnat cum pa
tre in unitate spiritus sancti deus per omnia
saecula saeculorum amen; LXXXIIII dominica II

IN QUADRAGESIMA SERMO BEA
TI IOHANNIS EPI. DE IOSEPH.

MITTITUR A IACOB PATRE SANCTISSIMO IOSEPH
SANCTUS AD FRATRES QUI SALUTEM PATRIS AD ILLOS,
et ipsorum ad patrem adferret, utrimque
absentes medius utrisque salutis nuntius